lio suo tradidit: filiusq(ue) dei nuntios preposuit adconseruandos singulos. Ipse autem plurimum laborauit plurimumq(ue) perpessus est ut aboleret delicta eorum. Nulla enim uinea p(o)t(est) fodi sine dolore uel labore. Delictis igitur populi sui passus: ipse populo demonstrauit iter uitae: data lege quam a p(at)re audiuit. Uides inquit d(omi)n(u)m eum e(ss)e populi accepta a p(at)re suo omnem p(o)t(est)atem. & iterum dixit mihi. Quare autem dominus in consilium adhibuit filium de hereditate: honestosq(ue) nuntios. Audi. Spiritu(m) illum s(an)c(tu)m qui creatus est omnium p(ri)mus in corpore in quo habitaret deus. fundauit atq(ue) statuit electum corpus quod ei placuit. Hoc ergo corpus in quo deductus est spiritus s(an)c(t)us: paruit eidem sp(irit)u recte cum modestia & castitate ambulans. nec omnino eundem sp(iritu)m maculauit. Unde cum idem corpus recte atq(ue) caste eidem sp(irit)u paruisset: & omni ope fatigatus non succubuisset. sed uiriliter & fortiter ab eodem conseruatus esset

probatus adeo cum spu sco receptus est. Placuit
enim dno huius corporis cursus quia macula
tum non est in terram possidens ipse spiritum
scm. propterea in consilium aduocauit filium
nuntiosq; honesto. ut & huic quoq; corpori
quod seruiss& spu sine querela. locus aliqui
habitandi daretur. ne uideretur hoc corpus
purum ac sine macula. sine mercede inueniri.
in quo inhabitandi gra conlocatus fuiss& spus
scus. Ecce inquit habes: & huius similitudinis ex
solutionem. Et ego dixi: pecepi gaudium domi
ne audita in hanc exsolutionem. et dixit mihi
I terum audi: & nunc corpus hoc tuum custodi
mundum atq; purum: ut spus ille qui inhabi
tat in eo testimonium reddat illi: & saluetur
corpus tuum. Vide ergo ne aliquando psua
dearis: & in cor tuum ascendat quod corpus tu
uum pereat: & abutaris ei in libidinibus. Q&
si corpus tuum maculaueris: maculabis mo
mento spm sanctum: & si maculaueris corps

94

tuum non uiues. Dico ei: dne: quod si per ignoran
tiam aliquid admissum est antequam audirentur
haec uerba. quomodo saluatur homo qui maculat
corpus suum? Et ait mihi. de prioribus quidem fcis
que p ignorantiam admissa sunt: remedium tribue
re solus deus pot. Illius enim est omnis potestas. Sed
custodi nunc te. & misericors dns. fortasse priorib
delictis remedium dabit. si in futurum corpus uel
spiritum tuum non maculaueris. Consortes enim
ambo sunt. & alter sine altero non inquinatur.
Vtraq: ergo conserua munda: & uiues deo.

Explicit similitudo quinta. Incip similitudo VI

c

CVM sederem domi & orarem deum obea q uide
ram: & de mandatis eius disputarem: esse ea
bona: fortia ac honesta & laeta: & que possint salu
tem homini adferre: dicebam intra me haec. Felix
ero si in his mandatis ambulauero: & si qui in eis a
bulauerit beatus erit. Et haec intra me dum loquor

uideo eum subito iuxta me sedere: & ait mihi. Quid
dubitas de mandatis que tibi precepi? bona sunt &
nihil omnino dubitaueris: sed indue fidem dñi &
in his ambulabis. ego enim in illis dabo tibi uires
haec mandata utilia sunt his qui delictorum suorum
acturi sunt poenitentiam. Si enim non ambulauerint
in eis frustra agent poenitentiam. Quicumque igitur
agitis poenitentiam abicite a uobis omnem nequi
tiam seculi huius quae consumit uos: & induite
uos omnem uirtutem aequitatis: ut possitis custo
dire haec mandata: ut non postea aliquid adiciatis
ad pecata uestra. Nihil igitur adicientes excedetis
a prioribus peccatis uestris & in mandatis meis ambula
tis & uiuetis deo. Haec a me dicta sint uobis: & cum
haec locutus esset: ait mihi. Eamus in agrum ut
pastorem pecorum tibi ostendam: & ego dixi eamus
domine. Venimus in campo quodam ubi ostendit
mihi iuuenem pastorem uestitum. habentem colo
re uestimentorum chrocinum pascentem p co
piosa: eaque pecora uelut in delitiis erant & satis

luxuriabantur. & in hilaritate exultabant discur
rentia huc & illuc. & ipse pastor magnam ex suo
grege percipiebat uoluptatem: & uultus eius ual
de hilaris erat. & inter pecora discurrebat. Ait
mihi. Vides inquit pastorem hunc? Video inquam
domine. Hic est inquit nuntius dulcedinis ac uolup
tatis. Hic ergo corrumpit mentes seruorum dei.
euertitque eos a ueritate: & astrictos cupiditatibus
nequissimis in quibus pereunt: obliuiscuntur man
data ueri dei: & uoluptatibus delitiisque uanis con
uersantur: & corrumpuntur ab hoc nuntio: ali
qui uero usque ad defectionem. Dico ei domine non in
tellego quid sit ad mortem: & quid sit ad defec
tionem. Audi inquit. Quecumque pecora uidis
ti ualde laeta & exultantia: hi sunt qui imp
petuo adeo exciderunt: adhaerentque uoluptati
bus seculi huius. his ergo non est locus per poenitten
tiam regrediendi ad uitam: adiecerant enim ad
alia delicta sua. Etiam aliud maius ut domini
nomen nefandis insequerentur blasfemiis. Huiusmodi

ergo homines morti sunt destinati. Nam pecora
quae uidisti non exultantia sed uno loco uescē
tia. hi sunt qui tradiderunt se quidem delitijs
ac uoluptatibus: nihil autem nefandi indominū
loquuti sunt. Hij igitur corrupti defecerunt:
a ueritate. Ideoq: adhuc repositam habent spē
uitae inpoenitentia: defectio ergo hab& ali
quam spem redintegrationis: mors uero perpe
tuo tenetur interitu. Cumq: aliquantulum
progressi essemus. ostendit mihi pastorem ma
gnum uelut agrestem figuram: amictum pelle
alba caprina peram gestantem inhumero: & ui
gam in manu nodosam ac uehementer duram &
flagellum grande: aspectu autem amarum saeuūq;
habebat: ut etiam poss& horreri. Hic ergo pastor
accipiebat ab illo iuuene pastore ea pecora q̄
indelitijs quidem gerebant. sed non exultabat.
Eaq: compellebat: & inp̄cipitem locum quendā
ac spinosum dolisq: repletum mittebat usq: eo
ut despinis tribulisq: non possunt se explicare

sed implicati ibi pascerentur. spinas tribulosque et graues cruciatus experiscebantur. agebatque eos huc et illuc: nec ullam eis requiem dabat: nec consistere eis ullo loco permittebat. Quae cum uiderem ego sic flagellari. et miserias expisci dolebam pro eis quod tantum cruciarentur et nulla eis requies daretur. dico illi pastori qui mecum erat. Quis est domine hic pastor tam implacabilis et amarus qui nullo modo mouetur iniuria horum pecorum. et dixit mihi. Hic inquit pastor de iustis quidem nuntius est: sed propositus est poene. Huic ergo traduntur hi qui adeo exerrauerunt et seruierunt desideriis ac uoluptatibus seculi huius. Punit itaque eos sicut meruit quisque eorum saeuis uariis penis. Volebam inquam domine nosse uarias poenas has: cuius modi sunt. quae homines quotidie inuita sua patiuntur. Alij enim detrimentis puniuntur. Alij inopia. Alij diuersis aegrimoniis: quidam incostantia. Alij iniurias ab indignis patientes: multis incommodis fatigati: inconstantes effecti plu

.rima.

© Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED

rima consiliantur & nihil ad effectum perducunt.
& ducunt se in actibus suis nihil proficere: nec suc
currit illis quae nequiter fecerunt. Adhuc & do
minum deum causantur. Cum fuerint passi omnē
uexationē & incommodum: tunc traduntur in
ad bonam admonitionem & firmantur in fide
domini & reliquos dies uitae suae. seruiunt dn̄o
mente pura. Cum coeperint delictorum agere poe
nitentiam. Tunc ascendit in precordijs eorum opa sua
in quibus nequiter gesserunt: & tunc deo dant ho
norem dicentes iustum eum iudicem esse. meritoq:
se omnia passos: secundum sua unusquisq: facta. In
reliquo uero seruiunt dn̄o mente pura & successum
habent in negotijs suis omnibus accipientes a dn̄o q
cumq: petierint: & tunc deo gratias agent quod
sic mihi traditi sunt. nec iam quicquam crudele
patiuntur. Dico ei. etiam nunc dn̄e hoc mihi demō
stra. Et dixit mihi. Quid inquiris adhuc: & ego di
xi. dn̄e dic mihi: sic per idem tempus crucientur
qui descisciunt a metu dei p quantum abusi fuerint

dulcedinē ac uoluptatem saeculi. Ait mihi. Per
idem tempus cruciantur. & dixi. multum exi
guum dn̄e cruciantur. cum oporteat eos qui sic
percipiunt uoluptates. & dn̄m obliuiscuntur sep
ties tantum pati poenas. & dixit mihi fatuus
es. nec intellegis uires huius poene. & ego dixi.
D ne si intellegerem non interrogarē te ut mos
strares mihi. Audi inquit que ita sunt. una
dulcedinis hora suo spatio terminatur. Poe
ne uero una hora triginta dierum uim possi
det. Quicunq; igitur uno die abusus fuerit
dulcedinē ac uoluptatem unius diei horae sūt
duodecim. Erat ergo eius cruciatus anni spatiū.
I taq; quot dies perceperit quis uoluptatem. to
tidem annis cruciatur. Vides ergo exiguum esse
tempus dulcedinis ac uoluptatis. poene uero
ac tormentoꝝ amplum. Et dixi ei. domine q̄ꝫ
non intellego om̄o tp̄a haec dulcedinis ac uolup
tatis & poene. lucidius de his mihi expone. Ait
mihi. Stultitia tua tibi perseuerante haerēt.

nec uis mente tua purificare & seruire deo.
Vide ne aliquando tempore peracto stultus repe
riaris. Audi ergo nunc sicut uis quod facilius
intellegas. Qui uno die commisit se delitijs ac
uoluptatibus: & facit quicquid desiderat anima
eius: maxima est stultitia repletus: nec intel
llegit quid admittat: & sic postea obliuiscitur
quid egit pridie dulcedo & uoluptas memo
riam non habent. Propter stultitiam quae inest
illis. Cum uero uno die accesserit homini cru
ciatus atque poena toto torquetur anno. Magnam
enim memoriam possidet poena: toto anno do
lens meminit tunc: & recordatur dulcedinis
illius ac uoluptatis: & sentit propterea se pati
poenas. Quicumque ergo se dulcedini uolupta
tibusque tradiderit: sic puniuntur quoniam
talem uitam habentes morti se obnoxios fecerunt.
& dixi ei. Quae sunt domine uoluptates nociuae
hominibus? & dixit mihi. Omnis actus delitiarum
quodcumque delitiosus homo libenter facit

Nam iracundus in sua opa luxoriatur: & adulter &
ebrius: & infamatur & mendax: & cupidus & fra
udator: & quicumq; his similia facit. morbo suo
satisfacit. Luxoriatur ergo & iste in actu suo. haec
omnes dulcedinis ac uoluptates nociue sunt dei s
uis. Propter has autem cruciantur & patiuntur poe
nas. Sunt autem & uoluptates saluantes hominē:
multi enim opa bonitatis facientes delectantur p
pria uoluntate ducti. Haec ergo delectatio utilis
est dei seruis: & uitam parat huiusmodi homini
bus. Ille uero delectationes nociuę prius relatae
tormenta pariunt: & qui permanserunt in illis: n̄
admissoꝶ gesserint poenitentiam: mortem sibi
adquirent.

Explicit similitudo VI. Incipit similitudo VII.

POST paucos dies: cum in eodem campo me uidis
sem in quo pastores illos prius uideram. Ait m̄.
Quid hic queris? & ego respondi. Veni domine ro

gare ut pastorem prepositum poene iubeas de domo
mea exire: quia uehementer me affligit: & dixit mihi.
Necesse est ut patiaris incommoda & uexationes. hoc
enim precepit de te nuntius ille honestus: quia tempta
re te uult. Et ego dixi. Quid enim dne tam gran
de admisi ut huic nuntio traderer? & ait mihi.
Complura quidem pecca habes sed non tam multa ut
huic nutio debeas tradi: sed domus tua copiosa de
licta & scelera commisit. Idcirco nuntius ille honestus
exacerbatus est: & iussit te aliquod temporis ue
xationem experiri: ut & illi admissorum agant
poenitentiam: & abluant se ab omni cupiditate se
culi huius. Cum igitur egerint poenitentiam pu
rificatiq; fuerint discedit a te nuntius poene: &
ego dixi. dne si illi gesserunt ut exacerbarent nun
tium illum honestum: quid ego feci? Ait mihi.
Aliter illi non possunt sentire uexationem: nisi
tu qui caput es totius domus labores. Quicquid
enim tu passus fueris & illi sentient. Necesse est
enim iam diu tu commode habueris. nulla illi

uexatione patientur. Sed iam inquam domine
egerunt poenitentiam ex totis pcordiis suis: & ait
mihi. Scio quidem quoniam poenitentiam ege
runt: ex totis praecordiis suis: sed non ut tu putas:
protinus debere delicta eoz qui agunt poenite
tiam aboleri. Oportet enim eum qui agit poe
nitentiam cruciare animam suam: & in omni
negotio humilem se gerere: & uexationes mul
tas uariasq; pferre. Cumq; perpessus fuerit oia
fortasse qui creauit & confirmauit omnia: mo
uebitur in eum clementia sua: & aliquod salutis
remedium dabit ei. Si tamen uiderit eius qui
poenitentiam agit precordia ee pura ab om
ni opere nequitiae. Tibi autem domuiq; tuae
nunc uexari expedit. Quid multa tibi dico?
uexationem ut patiaris necesse est: sicut pcep
nuntius dni qui te mihi tradidit. & hoc gras
age dno quod te dignum habuit: cum hoc istud
pdicere ut ualidius id sustineres: pscius futu
ri. Dico ei domine. Tu mecum esto: & facile oez

uexationem sustinebo : & dixit mihi : & ego ero te
cum & illum nuntium prepositum poene rogabo
ut te leuius adfligat : exiguo tamen tēpore patie
ris aduersa . & sic ī locum tuum restitueris : sumis
sus tantum pseuera in humilitate animi : & pete
dn̄o mente pura : domusq; tua & nati tui & in mā
datis que precepi tibi ambula : & age poenitē
tiam tuam puram ac firmam : & omne incomodū
a te recedet : & ab uniuersis quicunq; in his man
datis meis ambulauerit omnis uexatio recedet.

OSTENDIT : mihi arborem salicem tegentem
campos ac montes : sub cuius umbra uenerūt
omnes uocati in nomine dn̄i : & ecce nuntius ho
nestus ualdeq; sublimis : caedebat falce magna
de eadem salice ramos : populiq; illi qui sub umbrā
eius uenerant exiguas uirgulas uelut cubitalē
accipiebant . Cum omnes uirgas accepissent depo

siuit falcem & ipsa arbor integra permansit sicut eam ante uideram. Quod ipsum admirans anani mo meo uidebar. Tunc ait mihi pastor. Desine mirari quod arbor haec tot ramis decisis integra permanserit. expecta igitur & cum uniuersa uide ris tunc demonstrabitur tibi quid significet. Nun tius autem ille qui populo porrexerat uirgas: rur sus eas abeis reposcebat. Quoquisq; loco accepat eo dem uocabatur uirgamq; reddebat. Quascumq; aut uirgas accipiebat considerabat eas. Aquibusdam ei accipiebat aridas: & ueluti atinea putridas: & iube bat illos separari. Aquibusdam enim accipiebat ari das quidem sed no uexatas atinea. Hos quoq; seorsu statui iubebat: & alij porrigebant pseudo aridas: & ipsi separatim ponebantur. Alij etiam semiaridas scis surasq; habentes: & ipsi seorsum statuebantur. Alij por rigebant uirgas suas uirides scissuras habentes: & hi se gregabantur: quidam uero porrigebant uirgas suas quarum due partes uirides erant: & tertia arida: hi quoq; seponebantur. Alij porrigebant uirgas suā

paulominus totas uirides. Exiguum autem in summum
aridas: & hi separabantur. Alij uero paulominus
aridas: exiguum uirides. & isti separabantur.
Alij autem adtulerunt uirgas suas sicut acceperunt ab
angelo: & hoc maxima pars populi fecit: ex quibus
magnum gaudium ille nuntius accepit & ipsos
separatim statuit. Alij quoque adtulerunt uirgas ui
rides pampynos habentes: & hi separatim positi sunt
& in his ille angelus gaudebat. Alij etiam adferebant
uirgas suas uirides pampynosque habentes: quique pam
pyni fructum quendam ferebant. ipsi enim ualde hy
lares erant: & nuntius ipse magnam laetitiam de ip
sis habebat. Ipse quoque pastor & illis hylaris erat.
Tunc nuntius domini coronas iussit: quę cum allatę essent
uelut ex palmis factę coronauit eos: quorum uirgas uiri
des pampinos & fructus habebant & eos in turrim ius
sit ire: sed eos ibi iussit ire quorum uirgas pampynos
sine fructu habentes inuenerat. Dato eis sigillo. Nam
uestem candidam omnes habebant sicut nix hi quos
in turri mittebat. Eos quoque in eadem turri misit

qui tales uirgas reddebant quales acceperant. Datis
eis sigillis & uestem candidam his consumatis ait
ad illum pastorem: ego eo: tu cura istos dimittere
in muro in quo quis meruit habere. Considera
tis diligenter prius uirgis eorum sed uide ne quis te
fallat: si quid tamen te preterierit. Ego illos supra
altare probabo. His pastoris dictis iit: & cum reces
sisset angelus ait mihi ille pastor. Accipiamus ab
omnibus uirgas & plantemus illas & forte aliquae
ex ipsis poterunt reuiuescere: & ait mihi. Arbor hec
salix est: & genus eius semper amat uitam: & si plã
tate fuerint haec uirge: & uel minimum humo
rem acceperint plurime ex illis reuiuescent. Dein
temptabo & suffundam eis aquam: & si qua eorum
uiuere potest gratulabor illi. Quod si non uixerit
non ego uidebor neglegens. Deinde iussit me ille
pastor eos uocare sicut quisque eorum steterant: &
cum uenissent per ordine: & uirgas suas eidem pasto
ri tradidissent. ille a singulis acceptas uirgas plan
tauit propriis ordinibus: & cum omnes plantasset

aquam copiosam suffudit illis sic ut tegerentur
ab aqua neque extuarent. Quod cum fecisset ait mihi.
Eamus et post paucos dies revertamur ut eas visi
temus: quia qui creavit hanc arborem omnes illos
qui ex ea ramos acceperunt vivere vult. propter
quod ego spero. Cum sint adaquatae hae virgae hu
more accepto plurimas ex eis victuras. et dixi illi.
et dixi illi. Monstra mihi domine quid sit haec arbor.
Valde enim miror quod tot ramis decisis integra
videtur esse. et dixit mihi. Audi arbor haec magna
quae campos et omnem tellurem tegit. Lex est di
data in toto orbe terrarum. Lex autem filius dei
est. predicatus in universis finibus orbis terrae.
populus vero stans sub umbra eius. hi sunt qui
audierunt predicationem eius. et crediderunt
Nuntius autem ille magnus et honestus michael.
qui populi huius habet potestatem gubernatque eos.
Hic in praecordiis eorum qui crediderunt inseruit legem.
visitatque legem eos quibus dedit legem. an custo
dierunt eam. Unusquisque enim virga lex est.

Vides ergo multas ex uirgis inutiles esse factas: cognosces q; eos qui non seruauerunt legem & uidebis habitationem uniuscuiusq; eorum. & dixi ei. Quare alios dimisit & alios inturrim misit. alios tibi dimisit. Audi inquit quicumq; transgressi sunt. Legem quam a deo acceperunt in mea sunt potestate relicti: ut admissorum agant poenitentiam. Qui autem iam satisfecerunt legi poenitentiam q; suam custodierunt: sub alterius sunt potestatem: & di ei. domine qui sunt inturrem euntes coronati. Ait mihi. Quicumq; luctati sunt cum diabolo: & uicerunt eum illi sunt coronati: id est ipsi sunt qui custodierunt legem. & perpessi sunt omnia. Illi uero qui uirides uirgas pampynos q; sine fructu habebant. hi sunt qui se tradiderunt propter eandem legem: & uexationem sustinentes non abnegauerunt legem suam nec mortem gustauerunt. Eos autem quod uides tales quales acceperunt reddidisse. hi sunt modesti atq; iusti qui ualde puramente uiuentes custodierunt mandata domini. De reliquis autem uirgis cum consideravero illas uirgas quas plantaui & in

rigaui dcurus sum tibi. Verum post paucos dies cu̅
reuersi fuissemus: consedit pastor loco illius. nuntij
magni: & adsistebam ego ei: & ait mihi. precinge
te sabano & ministra mihi. Cumq; precinxissem me
sabato qui de sacco fuerat factus: & ille uideret me
p̄cinctum & paratum ut illi ministrarem ait mihi.
Vocati inquit illos: quorum uirgae plantatae sunt
suo ordine. sicut ante porrexerant uirgas in campo
.i. & uocaui omnes. Qui cum uenissent & locis suis
stetissent. Ait illis. Virgam suam unusquisq; extra
hat & mihi adferat. Primi ergo qui aridas uirgas
putresq; tradiderunt: & iussit eos seorsum stare. Illi
iter qui aridas uirgas & non putres habuerunt. Ali
qui ex hisdem uirides: aliqui aridas putresq; uelut
a tinea tactas tradiderunt. omnes separati sunt: &
singuli: ad sibi similem positi sunt. Deinde alij qui
uirgas semiaridas scissurasq; hn̄tes tenebant multi
ex illis uirides tradiderunt sine scissuris. Quidam
uero uirides pampinosq; habentes: & in pampyno
fructum: sicut illi habuerunt qui in turre abieru̅t

coronati · & ex his iussit ad sibi similem poni obtu
lerunt quoq; · & illi uirgas suas qui putres & ari
das habuerunt · Alij aridas nec putres quidam
semiaridas scissurasq; habentes · sicut & ante ob
tulerunt · & eos iussit ad sibi similes poni sepa
ratos · Illi etiam qui uirides scissurasq; hntes
uirgas huerunt · Hi omnes uirides tradiderunt ·
& in agmine sui iussi steterunt · gaudiumq; ex
eis habitum est · quod omnes essent mutati · &
scissuras deposuissent · Illiq dimidias uirides
dimidias aridas habuerant · quorumdam uirge
inuente sunt uirides · quorundam semiaride ·
Aliquorum aride putresq; · Alior uirides pampy
nosq; habentes · & isti omnes missi sunt unusq
q; ad suum agmen · Illi etiam qui in uirgis duas
parte uirides · & tertiam aridam habuerunt ·
multi ex his tradiderunt uirides · quidam uero
semiaridas · alij aridas putresq; · & hi omnes in suo
agmine unusquisq; steterunt · Alij uero porri
gebant uirgas suas qui duas partes aridas habuerunt

tertiam autem partem uiridẽ: & multi ex his tra
diderunt semiaridas aliqui aridas & putres. Aliq
semiaridas & scissuras minimas habentes: alij ui
rides tradiderunt: & hi omnes steterunt in suo
agmine. Deinde illi qui uirgas suas uirides ha
bebant: & minimum aridum & scissuras haben
tes. Ex his aliqui uirides dederunt quidam autẽ
ex eis uirides pampinosq; habentes obtulerunt.
& ut iussi sunt ierunt unusquisq; in suum agmen.
Hi autem qui in uirgis suis minimum uiridem re
liquum aridum habuerunt. Horum uirgae maior
pars inuente sunt uirides ramosq; habẽ: & intra
multis fructum: & caeterorum uirge totae uirides
inuente sunt. de quibus pastor ille magnum ga
udium percepit quod tales inuenti essent. & isti
iussi ierunt unusquisq; ad suum agmen. Cumq;
omnium uirgas considerasset. Ait mihi. Dixerã
tibi arborem hanc amare uitam. Vides inquit q̃
multi egerunt poenitentiam & adsequuti sũt
salutem. & dixi: uideo dne. Vt scias inquit bo

nitatem atq; clementiam magnam domini. quoniam
grandis & gloriosa est qui dedit spiritum his qui dig
erant agere poenitentiam. Quare ergo domine in
quam non omnes egerunt poenitentiam? Quorum
inquit uidit deus puras mentes futuras. & serui
turas ei ex totis praecordiis suis ipsis tribuit poenitē
tiam. Alios enim animaduertit: fallaciter ad se re
uersuros: & interdixit illi ingressum poenitentiae
ne rursum legem eius in futuro seculo nefandis ma
ledicerent uerbis. & dixi ei. Demonstra nunc mihi
domine: quales singuli eorum: qui uirgas reddiderūt.
sed & que eorum utilitas: aut que eorum quamq; non
custodierunt sigillum integrum: quod acceperunt.
sed non dissipauerunt eum: ut agnitis suis factis ac
cepto a te sigillo agant poenitentiam. & dent dn̄o ho
norem qui in eos clementia sua motus misit te ut
spm eorum renouaret. & dixit mihi. Audi inquit;
quorum uirgae aride putresq; & ueluti a tinea tacte
reperte sunt. Hi sunt transfugae ecclesie & pro
ditores qui addiderunt adhuc ad delicta sua. qd'

nefandis

nefandis uerbis dnm persequuti sunt: nomenq; ei
quod in eos erat inuocatum erubuerunt. Hi igit
in totum mortui sunt deo: & idcirco nullus eorum est
poenitentiā. Nam & si audierint h mandata mea
quae eis ostensurus sum: nihil proficient. Ab eius
iusmodi hominibus abest uita. Hi uero qui aridas
et non putres uirgas tradiderunt iuxta illos erat
qui aridas uirgas putresq; habuerant. hypocritae
enim erant & doctrinas prauas inferebant puertē
tes dei seruos: pcipue eos qui delicta comisissent.
Non enim in toto sinebant eos agere poenitentiam.
sed doctrinis fatuis eos detinebant. Vides ergo mul
tos habere spem regrediendi & agendi poenitentiā.
ex quo enim eis pertulisti mandata mea. Aliqui ex
eis qui tales sunt adhuc agent poenitentiam.
Quicumq; autem non egerint poenitentiam amit
tent uitam suam. Isti autem qui egerunt poeni
tentiam boni euaserunt & sedes eorum in pmis
muris ecce coeperunt. Quidam uero etiam in
turrem ascenderunt. Vides igitur in poenitetia

peccantium inesse uitam: non agentibus uero poe
nitentiam mortem paratam de his uero qui semia
ridas scissurasq; habentes: aut quo semiaridae
erant uirgae dubij sunt: quia nec uiui nec mor
tui sunt. de absentibus enim detrahebant: &
inter se nunq pacem sed assidue dissensiones
habebant. Nam & his adhuc posita est poenitētia:
& uides iam aliquos ex eis agere penitentiam.
Quicunq enim eo egerint poenitentiam in tur
rem habent sedem. at hi qui tardius egerint
poenitentiam in muris habitabunt. Qui autem
non egerint comburentur. Hi autem qui uirides
uirgas scissurasq; habentes tradiderunt: fideles
semp boniq; fuerunt: sed habent inter se emu
lationes de principatu & uita & dignitate qua
dam: sed huiusmodi homines fatui sunt qui de
principatu certantur: & de ipsis tamen qui bo
ni fuerunt auditis mandatis meis emundauert
se: & cito hac persuasione egerunt poenitē
tiam & in turre habitare coeperunt. Quod

siquis eorum rursus ad dissensionem redierit. expelletur
a turri uitamq; perdit. Vita enim uocatorum dei
in mandatis custodiendis est. In mandatis autem
non principatu aut de gloria aliqua est. sed de
patientia & animi humilitate hominibus uita
erit a dno. In seditiosis autem & contemptoribus
legis mors. Illi enim qui in uirgis suis dimidium
aridum: dimidium uiridem habebant. hi sunt
negotiationibus inuoluti: nec omnino scis adpli
citi. & ideo dimidiae eorum uirgae uiuent. dimi
diae mortuae sunt. Multi tamen ex eis auditis mā
datis meis egerunt poenitentiam. & in turrem ha
bitare coepit: quidam uero in totum destiterunt
his itaq; non est locus poenitentiae: propter nego
tiationes autem suas in dnm nefanda loquuti
sunt eumq; abnegauerunt: & propter hanc ne
quitiam amiserunt uitam. Nam & multi ex eis
dubiam mentem induerunt quibus adhuc per cele
rem poenitentiam regressio est ad uitam: & in tur
re sedem habebant. Si enim tarde egerunt poenitē

tiam habitabunt in muros. Nam si non egerint poe
nitentiam & isti perdunt uitam suam. Hi uero q̄
duas partes uirgarum suarum uirides & tertiam aridā
habuerunt. compluribus generibus inficiantes deū
negauerunt. ex his igigitur multi aegerunt poeni
tentiam: atq; in turre habitare coeperunt: & multi
adeo in perpetuum recesserunt: qui & in finem ami
serunt uitam. quidam uero ex ipsis dubij dubia mte
con lecta: dissiones fecerunt. his ad parata est regres
sio si cito aegerint poenitentiam: nec in uolupta
tibus fuerint remorati. Si autem in suis fcis ꝑman
serint & isti mortem sibi acquirent. Qui ergo ui
gas suas porrexerunt: quarum due partes erant a
ride. tertia uiridis. hi fideles quidem fuerunt.
sed locupletes facti sunt: & apud exteras gentes ho
nestiores uisi sunt: & superbiam magnam adsumpse
runt & semitam suam asperam fecerunt nec ad
plicauerunt se iustis sed cum exteris gentibus ui
uentes. Haec illis uita dulcior uisa est: non tamen
adeo poenitus recesserunt sed in fide ꝑseuerauerunt

opa autem fidei non exercuerunt · Vnde multi ex illis
egerunt poenitentiam: sedisq; eorum in turre erit ·
Alij uero ex hisdem uiuentes cum exteris gentibus ducti
uanitatibus gentium: adeo destiterunt: gentium fcis
operibusq; seruientes · huiusmodi ergo homines com
putati sunt exteris nationibus: & aliqui ex ipsis dubia
mentem habere coeperunt · desperantes propter fca
sua · Alij dubij fci dissensiones excitauerunt · Vtisq;
ergo adhuc regressio est ad uitam: sed haec poenitē
tia citata esse debet: ut sit in turre sedis eorum · Hi uero
qui non agent poenitentiam sed permanent in uo
luptatibus suis: mors eis prope adposita est · Illi
quoq; qui uirgas suas uirides: exceptis cacumi
nibus earum scissuras tamen habentes porrexerūt:
boni semperq; fideles & honesti apud deum fuer̄:
sed minimum deliquerunt: propter exiguas uolup
tates minimasq; disputationes quas inter se habue
runt · Auditis uero uerbis meis: plurimi celeriter
egerunt poenitentiam & in turre habitare coepūt ·
Quidam autem ex his dubia mente euaserunt: & dis

sensiones mouerunt: quibus adhuc spes reuersionis
est: qui in bonis semper fuerunt. difficile autem
aliquis eorum morietur. Illi autem qui uirgas
suas aridas exceptis cacuminibus eorum que sola e
rant uirides tradiderunt: ipsi crediderunt tamen.
in sceleribus uero conuersati sunt: sed nunquam
adeo recesserunt: nomenque domini semper libenter
habuerunt: & in hospitiis suis dei seruos libenter
susceperunt. Qui audito hoc mox regressi sunt & ege
runt poenitentiam omnemque uirtutem equitatis
exercent. Alii uero compressis libenter susceperunt.
Qui audito hoc mox regressi sunt & egerunt poeni
tentiam omnemque uirtutem aequitatis exercent.
Alii uero compressi libenter patiuntur cognoscentes
operas suas quas operati sunt. Post resolutiones autem
omnium uirgarum. Ait mihi. Vade dic omnibus
ut agant poenitentiam. & uiuant deo quoniam
dominus misertus est. & misit me poenitentiam
dare omnibus: & quidam quibusdam non mereti
bus saluari propter acta sua. sed longanimis est

dominus & uult ecclesiam suam que est filij sui
saluare: dico ei: credo ei unumquemq; agnitis
suis fcis: acceptoq; dei timore ad poenitentia;
recurrere. & ait mihi. Quicumq; ex totis precor
dijs suis egerint poenitentiam & purificauerit
se ab omnibus operib; nequitiae que supra sunt
relati: neq; adhuc ad delicta sua quicq adiece
runt: accipient a dno: remedium priorum pecco
rum suor; si nihil dubitauerint de istis manda
tis meis: & deo uiuent. Qui uero ad delicta sua
adiecerint: & conuersati fuerint in desiderijs hui
seculi damnabunt se ad mortem. Tu uero in man
datis meis ambula: & cum deo uiues tu & qui
cumq; in ipsis ambulauerint & ea exercuerint:
recte uiuent deo: & postquam haec ostendit:
dixit mihi. Et reliqua post paucos dies tibi oste
OSTENDAM.

Explicit similitudo octaua. Incipit similitudo. VIIII.

POSTQUAM scripsi mandata & similitudines
pastoris illius nuntij poenitentię. uenit ad me
et ait mihi. Volo tibi ostendere quę spūs scūs tibi
ostendit: qui in effigie ecclesiae locutus est tecum.
Ille enim spūs filius dei est: sed quoniam infirmus
eras corpore: non per nuntium declaratum est
tibi. Cum autem confirmatus esses a spū auctus
que uiribus effectus esses ut possis uidere nuntium.
Tunc quidem ostensum est tibi per ecclesiam structu
ram turris bene & modeste omnia ut a uirgine ui
disti: nunc uero per nuntium uides per eundem ip
sum spūm. oportet enim te diligentius omnia a
me discere. Idcirco enim datus sum ab illo honesto
nuntio in domo tua habitare ut omnia potenter
uideas: nihil timeas ut prius. Deinde duxit me in
archadia: in monte quodam ubere. & in cacumine
montis ipsius posuit me. & ostendit mihi campum
magnum: & circa campum duodecim montes: alia
uidere alia figura. Primus mons niger erat. quasi
fuligo erat. Secundus sine herbis. Tertius spinis

tribulisq; plenus. Quartus habebat herbas semiari
das: quarum superior pars erat uiridis proxima autē
pars a radicibus sicca quedam uero herba eiusdem mō
tis cum sol incaluisset uirides fiebant. Quintus mons
asper erat sed uirides herbas habebat. Sextus autem
mons totus scissuris erat plenus: quibusdam exiguis:
quibusdam uero scissuris maioribus: sed scissurae
illae herbas habebant non ualde quidem laetas: ma
gis enim uelut marcide uidebantur. Septimus uō
mons hilares herbas habebat: totusq; erat fertilis
& omnis genus pecudum uolucrumq; uescebantur
in eodem monte. Quantoq; uescebantur illae uolu
cres uel pecora. tanto herbe montis illius letiores
crescebant. Octauus quoq; mons: fontibus plenus
erat. & ex his fontibus adaquabantur omne genus
dni creaturae. Nonus mons nullam omnino aquam
habebat: totusq; erat destitutus & mortiferas serpē
tes habebat hominibus omnibus perniciosae. De
cimus mons. habebat maximas harbores opacusq; erat
totus: & sub umbra arborum pecora iacebant requies

centes et rumigantes. Vndecimus mons densis
arboribus erat: arboresque ille alijs atque alijs orna
te erant fluctibus: ita ut quicumque uidisset con
cupisceret manducare de fructibus eorum. Duode
cimus uero mons: totus candus erat: et aspectu
hylare habebat: sibique mons ille summum pre
bebat decorem. Nam in medio campo ostendit
mihi petram magnam candidam que de ipso ex
surrexerat campo. eaque petra altior illis montibus
erat: et ita erat quadrata ut posset totum orbem
sustinere. Vetus autem erat petra illa portam
excisam habens. cuius dolatio nuper facta mihi
uidebatur. Porta autem ipsa plusquam sol splende
bat: ita ut ego mirarer in splendore portae eius.
Circa portam autem ipsam stabant uirgines duo
decim: ex quibus quatuor quae tenebant angulos
eiusdem porte: dignitosiores mihi esse uidebantur.
Nam et cetere dignitose erant: stabant autem in
quatuor partes porte et in medio earum bine uir
gines. uestite lineas tunicas et decenter cinctae

erant: nudatis humeris dextris tamquam aliquem
fascem portantes: sic erant paratae. Valde enim
hylares erant. et alacres. haec cum uidissem intra
me ipse mirabar. quod tam magnas res et prae
claras ipse uidebam. Sed rursus mouebar. prop
ter uirgines illas quod ita fortiter starent: tam
quam caelum portarent. Pastor autem conside
rans me: ita ait. Quid intra te disputas: et mo
ueris: et tibi ipse dolorem infers quaecumque enim
non potes intellegere noli temptare. tanquam
sis sapiens: sed roga dominum ut accepto sen
su intelleges ea: quae autem retro sunt uidere
non potes. Quae autem in ante sunt uidere po
teris: noli sic te ante torquere: quae autem
uidere potes eorum dominare et de reliquis noli
persertus est: ego enim tibi omnia demonstrabo
et iterum ait mihi. Aspice nunc: et cetera: et ecce
uidi sex uiros uenisse altos honestosque et consi
miles aspectu et uocauerunt aliquantam mul
titudinem uirorum. Et illi qui uenerant uiri

altissimi satis boni et potentes erant: & iusserũt
illi predicti sex uiri: aedificare supra petram illã &
turrem altam et super portam ipsam. Erat autẽ
magnus tumultus uirorum illorum qui uenerant
ad edificandam turrem huc & illuc discurrentiũ
iuxta portam. Virgines autem quae circa por
tam stabant: dicebant uiris illis ut festinarent
& turrem illam edificarent. Porrigebant autẽ
manus uirgines ille quasi aliquid accepturae:
a uiris illis essent. Illi autem sex uiri qui predictam
multitudinem adduxerunt: iubebãt de profun
do esse aliquo lapides subire & ire in structura tur
ris illius. Subierunt ergo decem lapides candidi
quadrati. Illi autem sex uiri uocauerunt uirgines
illas iusseruntque eis: ut omnes lapides quicumque
in structuram essent: ituri portarent & transirent
per portam & porrigerent uiris illis qui edifica
turi erant turrem illam. Virgines ergo ille decẽ
primos illos lapides qui de profundo subierunt.
ponebant sibi inuicem unusquisque lapidem &

simul portabat. Sicut ergo stabant circa portam si-
gulae sub angulo sic fortiter subicientes se lapi
des illos portabant omnes lapides: & omnes portã
transferebant: prout iusse fuerant: & porrigebãt
illis viris qui aedificabant turrem. Illi autem sex
excipiebant lapides illos & componebant ad struc
turam: & edificatio turris supra petra & supra por
ta illa magna fiebat. Aptati sunt ergo illi decem
lapides & impleuerunt totam petram. Ipi autem
in fundamento turris positi sunt. quia petra & por
ta sustinent totam turrem. Post illos itaq; decem
lapides: alij subierunt ex profundo illo uiginti qn
q;: & isti apti sunt in structuram turris. portaban
tur autem a uirginibus: sicuti & priores lapides:
& postea subierunt triginta quinq; lapides: & ipi
similiter aptati sunt in turre. Post hos etiam subie
runt lapides quadraginta: & hi omnes adiecti
sunt in structuram turris: & facti sunt ordines
quattuor in fundamentis turris: & pausauerunt
ex fundamentis ascendentes lapides: pausauerũt

autem modicum aedificantes turrem: & iterum
sex uiri illi iusserunt predicte multitudini ut de
montib; suprascriptis ad aedificandam turrem
lapides afferrent. Transferebantur ergo ex oi
bus montibus lapides coloribus uariis: & dola
ti a uiris illis porrigebantur uirginibus: uirgi
nes autem transferebant illos per portam: trans
ferebāt autem eos in structuram turris. Cumq; struc
ti fuissent illi lapides uarij candidi fiebant: simi
lesq; & priores mutabant colores. Quidam uero
lapides qui a multitudine uirorum porrigebāt
in structuram turris non fiebant candidi: sed
quales positi erant tales permanebāt. quia nō
erant a uirginib; illis per portam portati. Hi
ergo lapides deformes erant in aedificatione ea
turris illius: quod cum animaduertissent illi sex
uiri: iusserunt ego tolli: & poni in loco suo
unde adportati fuerunt translatiq; unumquē
q; deposuerunt: & dixerunt uiris illis q lapides
gestabant omnino uos in hac aedificatione la

pides ponere nolite : sed iuxta turrem eos poni
te : ut hę uirgines per portam translatos porri
gant eos in structuram. Si non enim ab his uirgi
nibus portati fuerint per hanc portam. Colores
suos mutare non possunt. Nolite ergo frustra
laborare. & fcā est illa die ea structura. sed tur
ris consumata non est. Futurum enim erat ut
a se aedificaretur : dilatio ergo aedificationis
facta est. Iusseruntq; illi sex uiri : eos qui aedi
ficabant recede & aliquantum requiescere.
Virginibus uero illis praeceperunt ne a turre dis
cederent : sed eam custodirent. Postq̄ recessert
omnes dico ad pastorem illum. Dn̄e quare nō ē
peracta aedificatio turris huius. non potest inqt
ante consumare quam ueniat dn̄s eius & struc
turam hanc probet : ut si quos lapides nugas in
uenerit in eum mutet eum. quia ad uoluntatē
ipsius haec turris aedificatur. Volebam inquā
dn̄e scire quid significet aedificium turris hui.
sed & de hac petra & de porta cognoscere : uł de

montibus & lapidibus qui ascenderunt de p̄fun
do nec sunt circumcisi: sed sicut ascenderunt ie
runt in structuram: & quare primum in fundam̄
tis decem lapides instructi sunt. Deinde de uigi
tiquinq: & triginta & quinq: ac quadraginta
& de lapidibus illis qui sunt positi in structura:
& iterum sublati & positi sunt in locum suum. De
omnibus his refice animum meum dn̄e: & demostra
mihi illa: & ille mihi dixit. Si non fueris prot
uus omnia cognosces. Post paucos enim dies ueni
mus huc: & reliqua uidebis quae futura sunt huic
turri. Omnesq; similitudines diligenter cognosce:
unde cum postea ut dixit uenissemus ad eum lo
cum ubi primo sederamus. Ait mihi. Eamus ad
turrem. Dn̄s enim eius uenturus est ut consideret
eam: deinde uenimus ad turrem illam: & omno ne
mo erat circa eum: nisi uirgines ille tantum quas
pastor interrogauit: si fuiss& ibi dn̄s turris. Que
responderunt. Venturum dominum & conside
raturum structuram turris. Et ecce paululum uideo

magnū.

magnum agmen uirorum uenientium: mediumq;
in his ita excelsum uirum ut magnitudo eius ipã;
turrem superaret: & circa eam alios sex quos in ae
dificationem uideram ante imperare. dextra atq;
sinistra cum illo ambulantes: omnes ergo hos qui
in structuram fuerant operati cum illo uenerunt:
sed & alij multi dignitosi erant circa illum. Vir
gines autem ille quae custodiebant turrem accesse
runt ad eum & osculantes prope eum circa turrẽ
coeperunt ambulare. Ille autem uir dignitosus
uirgam tenens in manum ut singulos lapides cõ
sideraret: eandẽ turrem diligenter circuibat.
Et cum illi lapides uirga ab eo fuissent percussi: ni
gri ueluti fulgo fiebant: quidam autem tanquã
scabiosi: quidam scissuras habentes: quidam bre
ues mutili. quidam nec nigri nec albi: quidam
ita asperi ut nec cum caeteris conuenientes eẽnt:
& quidam plurimas maculas habebant. Haec ua
rietates erant lapidum illorum qui in structuram
nugaces sunt reperti: quos omnes ille dignitosũ

iussit de turre deponi. Iuxta eam relinqui aliosq;
lapides adferri & in loco eorum poni. Interrogaue
runt autem illi qui aedificabant ex quo mōte
iuberet ille dignitosus lapides adferri: & loco
eorum poni. Ille autem de montibus illis adferri
lapides uetauit: sed iussit ex eo campo qui prope
erant adferri. Foderunt ergo campum illum: & i
uenerunt lapides decem splendidos quadratos:
quosdam etiam rotundos. Quicumq; enim lapidē
erant in eo campo: omnes adlati sunt: & per por
tam illati a uirginibus: & secti quadrati positi s̄t
loco electorum. Illi enim qui rotundi erant non sūt
positi in structuram: qm̄ duri erant: non sunt po
siti in structuram: quoniam duri erant ad dolā
dum: tandumq; uidebatur ut circunciderentur
sed positi sunt iuxta turrem ut postea circūcide
retur. ualde enim splendidi erant. Cumq; ille
uir dignitosus dn̄sq; turris illius omnia com
plesset: uocauit hunc pastorem tradiditq; ei la
pides omnes qui iuxta turrem erant reprobati de

structura: & ait illi. diligenter communda hos lapides: & pone illos in structuram turris: qui tam possunt coniungi cum alijs. Eos autem qui inconuenientes sunt longe longe a turre proice illos. Et cum precepisset pastor ille dignitosus: exit a turre cum quibus uenerat: uirgines autem ille stabant circa turrem custodientes eam. Et ego dixi ad pastorem illum. Quemadmodum possunt hi lapides reprobati: rursus in structuram turris ire? & dixit mihi uides inquit hos? uideo inquam dne. ego inquit de lapidibus istis maiorem partem circuncidam & adiciam in structuram turris: & conuenient cum caeteris lapidibus: & ego dixi. Quomodo possunt dne? isti lapides circumcisi eumdem locum explere? & dixit mihi: quicumque minores fuerint reperti in mediam structuram ibunt. Maiores uero quicumque fuerint inuenti exteriores ponebunt: & continebunt eos. Et cum hec mecum locutus esset ait mihi: eamus & post biduum reuertamur: & commundabimus hos lapides &

© Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED

adiciemus eos in turris structuram. Ea enim que s(un)t
circa turrem commundari debet: neq(ue) si dominus
subito superueniat: & ea que sunt circa turrem i
ueniat immunda: & spernat ea: & nec isti lapides
ibunt in structuram: & ego neglegens apud eum
apparebo. Cumq(ue) post biduum uenissemus ad eam
turrem: ait mihi. Consideremus hos lapides uni
uersos: & uideamus an possint in structuram ire.
Et dixi ei. Ut uis d(omi)ne consideremus. Primo omniu(m)
coepimus considerare eos qui nigri fuerunt: q(ui) de
structura depositi erant. tales sunt reperti: iussit
eos a turre tolli seorsumq(ue) poni. Inde considerauit
eos qui scabri euaserunt: multos ex eis secuit: &
iussit uirginibus illis tolle(re) eos & adice(re) in aedifi
cium. Et sustulerunt eos ille uirgines & posuerunt
in mediam structuram turris. Reliquos autem qui
nigri effecti sunt. iussit cum illis nigris poni. Il
los aut(em) considerauit qui scissuras habebant: & ex
his multos circumcidit: & iussit p(er) uirgines adici
in structuram: & foris positi sunt quia salui inue(nti)

ti sunt. Reliqui autem propter multitudinem
scissurarum deformari non potuerunt: & ab aedi
ficatione turris proiecti sunt. Deinde considerauit
eos, qui breues & inutiles fuerunt: multi inuenti
sunt nullis nigri: alij scissuras magnas habentes.
Iussit & eos seponi cum his qui reiecti erant. Reli
quos autem commundatos & deformatos iussit
in structuram adici. Quos sublatos uirgines illae
in media structura quia infirmiores erant aptaue
runt. Deinde considerauit eos qui dimidij albi e
rant: dimidij nigri: multi ex his nigri inuenti sunt:
& eos iussit tolli: & poni iuxta eos qui reiecti erant.
Caeteri candidi toti inuenti sunt: & a uirginibus
sublati in structura turri apti sunt: quoniam inte
gri inuenti sunt: & nihil erat ex eis recisum: exte
riores positi sunt. ut deos qui in medio recisi positi
erant continerent. Deinde considerauit: eos qui erant
duri & aspri: pauci ex eis abiecti sunt: qui ante pote
rant circumcidi. Valde enim duri erant. Reliq
autem autem deformati sunt: & in media struc

tura: quia infirmiores erant a uirginibus positi
erant. Deinde considerauit eos qui maculas habue
rant: etiam ex his pauci euaserunt nigri: & sepa
rati inter reliquos positi sunt. Ceteri uero candi
di & integri a uirginibus: portati ĩ structura
propter firmitatem suam exteriores positi sunt
a uirginibus. Venit deinde ut consideraret illos
albos & rotundos: & ait mihi. Quid facimus de
his lapidibus: & dixi ei. Dn̄e ego qui scio? & ait
mihi. Nullum ergo de eis excidere cogitas? & ego
dixi ei. Dn̄e artem hanc ego non habeo: nec la
pidarius sum. nec possum intellegere quicquam.
& ait mihi. Non uides istos lapides ualde rotū
dos esse: quos si uoluero redigere quadratos: mul
tum ex eis recidendum est: & necesse est aliquos
ex eis in structuram poni. & dixi ei. dn̄e si neces
se est hoc fieri: quid non eligis si quos uis & in
structura maximos & splendidos aptes: & mox
deformauit aliquantos: quos sublatos uirgines
ille in exterioribus partibus structure posuerunt

& caeteri in eodem campo unde fuerant subla
ti . non abiecti sed repositi sunt . Quoniam adhuc
modicum deest ad structuram turris . forsitan
enim placet dno huius turris : & hos lapides in e
adem structura aptari iubebit : qm splendidi
sunt nimis . Et ecce mulieres duodecim ualde spe
ciosissimae . nigra ueste uestitae & abhumeris cin
ctae . & capillis solutis . Haec uisae sunt mihi silua
ticae esse . & iussit eis pastor ille tollere lapides illos
qui de structura abiecti erant : & referre in mon
tes unde fuerant allati . Illae autem cum hilarita
te tulerunt : & reportauerunt eos ibi unde eiec
ti erant . Verum cum essent omnes lapides sublati
nec aliquis lapis circa turrem relictus esset ait
mihi . Circumeamus turrem & uideamus ne
aliqd desit illi . Et cum coepisset circuire eam
uidit illam decenter aedificatam : & ualde hi
laris esse coepit . Ita enim eleganter erat aedifica
ta ut ex uno lapide speraretur esse structa . commis
sura enim uel iunctura nulla apparebat : sed ex

sed expetra illa turris nobis uidebatur esse culta
& erat quasi menolitha. Vnde ego circumiens cū
eo hilaris eram talia dona uidens: & ait mihi pas
stor ille. Vade & adfers calcem & testam minutā:
ut lapidum illorum qui sublati erant de structu
ram formam repleam. Nam & ea quę circa turrē
sunt omnia: aequari debent; & feci ego sicut ius
sit mihi: & id quod iusserat adtuli ad eum & ait
mihi. Presto esto cito opus hoc efficitur. Impleuī
ergo formas lapidum illoꝝ qui de structura erāt
ablati. Iussitq; eundem locum scopari: & in cir
cuitu eiusdem turris commundari. Tunc uirgi
nes illae acceptis scopis munditias fecerunt: to
tumq; stercus sustulerunt & aquam sparserunt.
Quo facto locus ille euasit hilaris: & decori fuit
eidē turri. Tunc ait mihi. Omnia commanda
ta sunt: si uenerit dn̄s: ut consideret hanc tur
rem: non habebit de nobis queri. Hec cum dixis
set uolebat a me ire. Ego autem adp̄hensa pera ei
rogaui eum per dominum ut m̄ omnia quae

ostenderat exsolueret. Ille autem dixit mihi. Pu
sillum habeo occupationis: & omnia tibi exsoluam:
sed expecta me hic cum uenio: & ego illi dixi: do
mine quid hic facturus sum solus. Nam illae uir
gines omnes tecum sunt. Ego ergo rogaui illum
ut me ipse illis traderet. Ille autem uocauit eas: &
dixit illis. Comendo uobis hunc dum uenio: & mox
discessit. Remansi igitur cum illis uirginibus. Illae
autem mihi hilares satis & affabiles erant. Precipu
ae tamen illae quatuor quae erant dignitosissimae
& coeperunt ad me ita dicere. Ille pastor huc ho
die uenturus non est: & ego dixi. Quid ergo fa
ciam? & illae mihi dixerunt. Usq; in uesperum
expecta eum. si uenerit utiq; loquetur tecum. Quod
si non uenerit manebis nobiscum dum uenerit.

Et ego dixi eis. Expectabo eum usq; in uesperum: quod
si non uenerit domum ibo & reuertar mane. Illae
autem uirgines responderunt mihi. Nobis adsi
gnatus es non potes discede a nobis: & ego dixi. Ubi
ergo manebo? & ille dixerunt: nobiscum dormies

sed sicut frater: non ut ut maritus. f̄r̄ enim uir
es amodo tecum mansure sumus. ualde enim te
diligimus: Ego autem erubescebam cum illis ma
nere. Illa uero que ex his prima uidebatur ēē
amplectitur me oscularique coepit. Caetere quoque
cum uidissent me amplexatum ab illa & ipse coe
perunt me osculari: & ducere me circa turrē
& ludere mecum. Ego uero quasi iuuenior f̄c̄us
etiam ipse ludebam. Quaedam enim ducebant
còros quedam cantabant. Ego uero silentium cū
eis circa turrem ambulabam. hilaris autem erā
cum illis. Et postq̄ uespa esse coepit: ire domum
uolebam. Ille autem uirgines non dimiserunt
sed detinuerunt me: & ego mansi cum illis illa
nocte ad turrem. Strauerunt autem in terra tu
nicas lineas sua: & me in medio conlocauerut.
Nihil aliud autem faciebant nisi orabant. Vnde
& ego nōminus quam ille sine intermissione cū
illis orabam. gaudebant autem & illae quod sic
& ego orabam. Denique cum mansissem cum illis &

pastor ille hora secunda uenit. & ait ad uirgines
illas. Nunquid iniuriam illi fecistis? & ille dixerat.
Interroga ipsum. ego autem respondi. Voluptatem per
coepi domine: quod mansi cum ipsis. & ille dixit
mihi. Quid cenasti? & ego dixi. Cenaui domine
uerba domini tota nocte. & ille dixit. bene te ac
ceperunt? & ego dixi etiam domine. & ait mihi.
Ecce nunc quid uis? audire primum. & ego dixi si
cuti ab initio: mihi ostendisti domine. sic rogo te
domine: ut quomodo te rogauero: sic enunties mihi.
quemadmodum uis sic tibi exsoluam. nec quicquam
te celabo. & ego dixi. Primo omnium domine hoc mihi
demonstra. de petra & de porta. & dixit mihi. Petra
& porta filius dei est. Et ego dixi. quemadmodum
domine? Nam petra uetus est. porta autem noua. Ille
autem dixit mihi. Intellege insipiens. Filius qui
dem dei antiquior est totius creaturę dei ita ut in con
silio fuerit patri suo in constituenda tota creatu
ra que est in ipso. & ego dixi. domine porta hęc qua
re noua est? Ille autem dixit mihi. Quoniam in

consumatione nouissimi diei apparebit: ut qui sūt
accepturi salutem peream intrent inregnum dei: &
postea coepit dicere mihi. Vidisti lapides illos qui
per portam ierunt: & redierunt iterum inturris
structuram: & eos qui non redierunt: sed rursus
in locum suum abiecti sunt. Et ego dixi: uidi dn̄e
& ille dixit. Ideoq; sic in regno dei nemo intrat
nisi acceperit nomen filij dei. & adiecit: sic est ingr̄.
sicut qui inurbem aliquam ire uoluerit: & illa cin
cta sit muro: & non habeat nisi unam tantummo
do portam: numquid potest aliquis intrare eam
nisi p portam eius. Et ego dixi ei. Dn̄e quomodo
autem aliter fieri potest: & ait mihi. Utiq; quo
modo aliter non potest aliquis intrare inciuita
te illa nisi per portam eius: ita nec in regno dei po
test homo aliter intrare: nisi per nomen filij eius
qui est ei carus: & ait mihi. Vidisti illam turbā
quae aedificabatur turrē. Vidi inquam domine.
& ait mihi. Illi omnes nuntij sunt illius digniosi.
Ipsis ergo uelut murus cinctus est dominus porta

uero filius dei est: cui portae unus est introitus ad dominum. Ergo nemo aliter intrat nisi per filium eius & iterum dixit mihi. Vidisti illos sex uiros: & in medio eorum honestum atque magnum uirum: qui circa turrem ambulauit: & lapides structure reprobauit.
Vidi unquam domine. & ait mihi. Ille uir honestus filius dei est. & illi sex honesti nuntii sunt dextra leuaque eum continentes. Nam & ex istis dignitosis nuntiis: nemo intrat ad deum pre me eius nisi per filium. quicum ergo nomen eius non acceperit non intrat in regnum dei: & dixi ei domine turris haec quid est? & ait mihi: turris haec ecclesia est: & dixi ei.
Domine uirgines hae quae sunt? & dixit: sancti spiritus sunt: non aliter homo in regno dei potest inueniri: nisi has uirgines cum sua ueste induerint. Si enim solum nomen acceperit. habitum autem ab istis non acceperit: nihil proderit. He autem uirgines: potestates sunt filii dei: si ergo nomen quidem eius geras: uirtutem autem ac potentiam eius: non feres: frustra nomen eius feres. Et iterum dixit mihi. Vidisti la

uero filius dei est: cui portae unus est introitus ad
dominum. Ergo nemo aliter intrat nisi per filium
eius & iterum dixit mihi. Vidisti illos sex uiros: & in
medio eorum honestum atque magnum uirum: qui circa
turrem ambulauit: & lapides structure reprobauit.
Vidi unquam domine. & ait mihi. Ille uir honestus
filius dei est. & illi sex honesti nuntij sunt dextra
leuaque eum continentes. Nam & ex istis dignitosis
nuntijs: nemo intrat ad deum prem eius nisi per filium:
quicum ergo nomen eius non acceperit non intrat
in regnum dei: & dixi ei domine turris haec quid
est: & ait mihi: turris haec ecclesia est: & dixi ei.
Domine uirgines hae quae sunt: & dixit sancti spiritus sunt:
non aliter homo in regno dei potest inueniri: nisi
has uirgines cum sua ueste induerint. Si enim so
lum nomen acceperit. habitum autem ab istis non
acceperit: nihil proderit. He autem uirgines: potes
tates sunt filij dei. Si ergo nomen quidem eius geras:
uirtutem autem ac potentiam eius: non feres. frustra
nomen eius feres. Et iterum dixit mihi. Vidisti la

pides illos qui sunt abiecti: Et ego dixi uidi: & att

m. Illi quidem nomen dei tulerunt: uestem autē

harum non induerunt. Dico ei: dn̄e dic mihi. quę

est uestis illarum? & ille ait mihi. Quicumq; no

men filij portat dei portat. Harum quoq; noīa

portare debent. quia & ipē filius dei. harum no

mīa portat. Quoscumq; igitur uidisti lapides

in turris structura processisse traditos p manus

harum uirginum & mansisse in eadem structura.

harum sunt potestate uestiti. ideoq; uidi totā

turrem: monolitham cum petra nsfactam. Sic quoq;

& illi qui per filium eius credunt dn̄o induti hōs

spiritus erant in uno spiritu: & in unum corpus.

& unus color uestium eoꝝ. Quia & isti qui tule

runt noīa uirginum sic erunt. & ego iterum

interrogaui illum. Qui sunt illi lapides qui p

portam uel per manus uirginum translati in

structura turris postea reiecti sunt? Quare rep

bati sunt dn̄e? Ille autem dixit mi. Quia curę

tibi est omnia diligenter inquirere: audi & de

istis lapidibus qui abiecti sunt. Illi quidem omnē
nomen filij dei acceperunt: sed & potestate uir
ginem harum acceperunt: & his spiritibus
acceptis confirmati sunt: & erunt cum seruis di.
& erat eorum unum corpus atq; unus spiritus.
quod idem sentiebant: & aequitatem pariter ex
cebant. Post aliquantum autem temporis persua
sunt a mulieribus quas uidisti nigra ueste uesti
tas: nudatis humeris: & capillis solutis & speciae
formonsas: quas cum uidissent concupierunt: &
induti sunt potentiam illarum: & harum uirgi
num potentiam abiecerunt. Ipsi sunt ergo qui ab
iecti sunt a domo dei: & traditi sunt mulierib;
illis. Alij autem qui non sunt corrupti pulchri
tudine eaꝝ. in domo dei remanserunt. & ait mi.
Ecce habes & horum lapidum qui abiecti sunt
exsolutionem. Et ego dixi. Quid ergo domine
isti homines si egerint poenitentiam: & abiceret
cupidinem mulierum illaꝝ: & redierint ad
has uirgines & induerint poenitentiam earū

dem uirginum: si non fuerint in opera mulierum il
larum morati non intrabunt in domum dei. Et ait m.
I ntrabunt si abiecerint omnia opera mulierum illa
rum: et istarum uirginum resumpserint penitentiã
et in operibus ipsarum ambulauerint. Nam ideo i
termissio facta est struende turris: ut si aegerint
poenitentiam adiciantur in ipsius structuram tur
ris. Si autem non egerint poenitentiam: alij in lo
co illorum in structura ibunt: et illi in aeternum abiec
ti erunt. Ad singula haec gratias egi deo: quod in
omnes in quos inuocatum est nomen eius: motus
miam suam profuderit: et ad nos qui deliquim̃
mi eum nuntium poenitentiae miserit: et renoua
uerit spũs nostros: nosq: iam defectos: neq: spem
salutis habentes recreauit redissq & grando nobis
uitam. Nunc ergo dñe demonstra mihi quare non
haec turris in terra edificata est. sed supra petra et
supra porta. Et ait mihi. Quare insipiens es et sine
intellectu. Et dixi ei: necesse habeo dñe omnia te
interrogare: quia nihil omnino intellegẽ possum

. oĩa enim.

omnia enim magna & preclara sunt: & hominib;
difficillima ad intellectum: & dixit mihi. Audi no
men filij dei magnum & inmensum est: & totu;
mundum ipse est qui sustinet. Si ergo omnis crea
tura dei per filium sustinetur: quid putas eos quo
cati sunt ab illo: nomen enim eius ferunt: & in p
ceptis eius ambulant. Vides inquit quomodo sus
stinet eos: qui ex totis p cordijs nomen eius portant.
Ipse autem fundamentum est eo; & libenter eos
sustinet: qm & ipsi non erubescunt nomen eius fer
re: sed libenter illud ferunt: & dixi ei: monstra m
domine nomina uirginum ha; uel illa; mulie;
quae nigra ueste uestitae sunt: & dixit m. Audi
noma harum uirginum que sunt potentiores qq;
stant inangulis portae. haec sunt nomina earum.
prima: fides: secunda. abstinentia. tertia patien
tia. quarta magnaminitas. Ille autem aliae q
iuxta ipsas sunt his nominibus uocantur. simpli
citas: innocentia: concordia: caritas. castitas: hila
ritas: ueritas & prudentia. Quicumq; ergo por

portat haec nomina & nomen filij dei in regnum
dei poterit intrare. Audi nunc inquit & mu
lierum illarum nomina quae nigram uestem
habent. Hae sunt quattuor potentiores quarum
prima perfidia secunda intemperantia tertia
incredulitas quarta dulcedo saeculi & sequentes
illarum ita uocantur moestitia nequitia libido ira
cundia mendacium stultitia detractio & odium.
H os spiritus qui portat dei seruus regnum quidem
dei uidebit sed non poterit intrare in illud. &
dixi ei. domine illi lapides qui de profundo in structuram
turris sunt aptati qui sunt? & dixit mihi. Illi
primi decem qui in fundamentis sunt collocati
primae scripturae genesi sunt. Illi autem se
quentes uiginti & quinque secundum seculum
& iustorum uirorum. Illi autem XXXV prophetae
domini ac ministri. XL uero apostoli doctoresque hi
sunt predicatoresque filij dei. & dixi illi. domine quare
ergo etiam istos lapides uirgines illae in structu
ram turris porrexerunt & per portam eos trans

tulerunt. & dixit mihi. Illi sunt primi qui spiritus
harum uirginum portauerunt: & sic ab inui
cem omnino non recesserunt: ut nec spiritus ab ip
sis hominibus neque ab spiritibus ipsi homines re
cederent: sed permanserunt isti spiritus cum illis
usque ad quietem illorum. nisi autem hos spiritus
secum habuissent: non fuissent digni ad structuram
huius turris. Dico illi iterum. Domine etiam nunc
demonstra: & ait mihi. Quid queris. & dixi ei
domine quare qui de profundo ascenderunt po
siti sunt in structuram turris. & ait mihi. Quia
iam pridem portauerunt spiritus istos. ideo neces
se habebant per aquam ascendere ut reuiuifi
ant & reuiuiscant. non poterant enim aliter
in regnum dei introire: nisi mortalitatem primae
uitae suae deposuissent. Acceperant ergo & isti
qui quieuerunt signum filij dei: & intrauerunt
in regnum dei. Antequam enim portet homo
nomen filij dei mortuus est. Cum accipit hoc
sigillum: deponit mortalitatem & sumet uitam

Sigillum autem aque: in aqua ergo descendunt mor
tui & uiui ascendunt. Nam & illis predicatum
est hoc sigillum: ipsi quoque usi sunt illum ut intra
rent in regno dei: & dixi illi. Dne quare ergo &
illi quadraginta lapides cum haec sigillo de profun
do cum illis ascenderunt: & ait mihi. Isti sunt apo
stoli doctores qui predicauerunt nomen filij dei qui
ascendentes in uirtute: & fide filij dei: qui obierant
& predicauerant: & ipsis quadraginta dederunt ill
hoc sigillum: uide & ipsi apostoli descenderunt
cum illis in aqua: & iterum ascenderunt soluti. uiui
descenderunt. Et qui fuerant ante defuncti solu
ti sunt: mortui enim descenderunt: & uiui ascen
derunt: propter hoc uitam receperunt & cogno
uerunt nomen filij dei: ideoque & cum eis in turr
em ascenderunt: & conuenerunt in structuram
turris: non enim circumcisi sunt quia sicut erant
integri aedificati sunt: quoniam in equitate fuerunt:
& in magna castitate quieuerunt. solummodo autem
sigillum non habuerunt. habes & horum ex solutione

& dixi illi domine nunc & demonstrabis in demō
stra: quare alia & alia figura: & varia habebāt.
& dixit mihi. Audi et debis. Duodecim montes
quos uides uides duodecim sunt gentes quę to
tum optinent orbem: predicatus est ergo ī his
p apostolos filius dei. & dixi ei. Dn̄e quare uarij
sunt aut alia & alia figura: demonstra m̄. Au
di inquit. Hae duodecim gentes quae totum pos
sident orbem: duodecim sunt nationes. uarij st̄
autem intellectu: & sicut memoratos montes ui
disti varios: tales sunt & horum gentium intel
lectus atq; sensus. Demonstrabo autem tibi uniuś
cuiusq; actus: & dixi ei. Dn̄e p̄mo hoc mihi demō
stra: cur si sint tam uarij hij montes quando in structu
tura positi turris huius lapides eorum quomodo
uno colore sunt fc̄i & splendidi non minus quā
hi lapides qui ascenderunt de profundo: & dixit
mihi. Quoniam uniuersę nationes quae sub cae
lo erant: cum audissent crediderunt in noīe filij
dei. acceptoq; eius sigillo: unam omnes pruden

tiam: unumq; sensum receperunt: & fides eorum
atq; caritas erat. spusq; uirginum harum cum eius
nomine induebantur. Ideoq; & structura tur
ris ut sol in uno colore erat. Postquam aut conuene
runt in unum & unum corpus esse cepit. Quidam
ex eis semetipsos maculauerunt. & expulsi sunt
de genere iustorum. & iterum facti sunt multo de
teriores quam ante fuerant: & dixi ei: domine
quare deteriores facti sunt qui cognouerunt deum?
Et ait mihi. Is qui non cognouit deum si nequiter ui
uit. manet ei nequitiae suae poena. At his qui co
gnouit deum. iam non debet agere nequiter
sed bonitatem exercere. Si igitur ille qui bonita
tem sequi debet nequiter fecerit: non ipse tibi
magis uidebitur peius nequiter agere quam ille qui
ignorat deum? ideoq; illi qui non cognouerunt
deum: & nequiter agunt morti sunt destinati.
Qui autem cognouerunt deum. & opera eius & mi
rabilia uiderunt. & nequiter uiuunt. dupli ci
ter punientur: & in eternum morientur. Sic

igitur purificatur ecclesia dei quomodo uidisti la
pides erectos traditos spiritibus pnitiosis. & ipsi ei
abicientur. Eorum autem qui purificati pmanserit.
E rit unum corpus: quomodo & turris illa facta ē
ex uno lapide post e aquam purificata est: sic erit
ecclia dei cum purificata fuerit. abiectis ex ea mal
atq: fictis & maleopinantibus dubijsq: & qnicūq:
nequiter gesserunt. & ipsi uarijs generib; eicient.
& erit ecclesia dei unum corpus & unus sensus
una fides & una caritas: & tunc filius dei letabr
in illa: & percipi& uoluptatē ex recepto puro pplō
suo. Magne inquam dnē & honeste cuncta se habēt.
N unc mihi demonstra domine: & uniuscuiusq; pe
nitentiam & actus: & omnis anima sperans fideles
q: in deum auditis his miretur. & honorem & glo
riam illam magnam & admirabilem: sed & nom
eius glōsum. Audi nunc ergo & uarietatem mō
tium hoꝝ & duodecim gentium. De primo monte
nigro qui crediderunt tales sunt. Transfugae
blasfemi & proditores. seruoꝝ dei. ipsis nō poeni

tentia sed mors est: ideoq: & nigri sunt quia gen̄
eoꝝ scelestum est. De secundo uero monte taridum
tales sunt qui crediderunt ficti doctores nequitie: &
prioribus similes sunt non habentes in se fructum.
aequitatis: & sicut mons eoꝝ sterilis & sine fructu
est. ita & huiusmodi homines habent quidem no
men. fide uero inanes sunt: neq: ullus in illis fruc
tus ueritatis est. Istis ergo data est poenitentiam si
cito eam fuerint secuti: si autem tardauerint cum
illis primis erit mors eoꝝ: & dixi ei: dn̄e quare isti
quidem data est penitentiam prioribus autem n̄ ē
data: poene enim dn̄e similes sunt actus eoꝝ. Ideo
inquit istis poenitentia posita est: quia nihil nefā
di in dn̄m suum loquuti sunt: neq: proditores seruoꝝ
dei fuerunt: sed propter quandam accipiendi cupi
ditatem fefellerunt homines docendo secundum de
sideria singuloꝝ peccantium qui & dabant eius rei
poenam. Ideo istis posita est poenitentia: eo quod
non fuerunt: detractores domini neq: proditores
seruoꝝ eius. De tertio uero monte: qui tribulis:

spinasq: habebat. Illi sunt qui locupletes credide
runt: & quidam eorum plurimis negotijs se obliga
uerunt. Tribuli enim homines locupletes sunt. spi
nae autem illi qui multis negotiis sunt obligati.
Hij ergo qui plurimis uarijsq: rebus implicati sunt.
non se adiungunt dei seruis. sed auocantur in his
negotijs a quibus suffocantur. locupletes autem
duri sunt: & ne aliquid poscantur ad conuersatio
nem seruorum dei: metuent accedere. Ipsi enim
difficile in regnum dei intrabunt. Sicut enim sup
tribulos: excalciatus difficile ambulat. sic & hu
ius modi homines difficile ita ambulant: ut ad
regnum dei perueniant. Sed tamen etiam his omnibus
uelox regressio ad poenitentiam posita est: ut quod
prioribus temporibus: non sunt operati: nunc recur
ant: dies suos: & operam bonam faciant. Isti enim
si egerint poenitentiam & fecerunt operam bonita
tis: uiuent deo. Si autem permanserint in actu su
o: tradentur mulieribus illis quae eos ad mortem
deducent. De quarto uero monte: qui habet plu

rimas herbas: quarum superior pars erat uiridis ad
ipsas uero radices arida quedam etiam a sole aresce
bant. Tales sunt qui crediderunt ex quibus qui
dam dubij sunt. Alij in labris dominum non in pre
cordijs perferentes. Ideoq; arida sunt fundamenta
eorum: & uim non habentia. uerba autem eorum tantummodo
uiuunt. opera uero eorum mortua sunt: hi ergo nec
mortui sunt: nec uiui: similesq; sunt dubijs. Du
bij enim nec uirides sunt nec aridi: idest nec ui
ui nec mortui: sicut illae herbe sole uiso: exarue
runt. Ita & dubij cum audierint incommodi a
liquid metuentes redeunt ad simulachra: & rur
sus erubescent domini ferre nomen. Hi ergo nec uiui
nec mortui sunt. hi quoq; possunt uiuere si cito e
gerint poenitentiam. Sin uero iam tradentur mu
lieribus illis quia auferunt uitam ipsorum. De quinto
uero monte aspero uiridesq; herbas habentem.
huiusmodi sunt qui crediderunt: fideles quidem
sed difficile discentes. audaces enim sunt ac sibi
placentes uideri uolunt cuncta scire: nihil autem

omnino scient. propter hanc ergo audaciam ipsorum
sensus discessit ab ipsis. & intrauit in eos insipien
tia fatua. Laudantes semetipsos uelut prudentes.
& uolunt se esse magistri cum sint stulti. & propter
stultitiam suam multi sunt ex eis exinaniti idest
se magnificant. magnum enim daemonium est
audacia & confidentia uanus. & multi ex eis abiec
ti sunt. Quidam uero agnito errore suo egerunt
poenitentiam & subiecerunt se abentibus pruden
tiam. Sed & ceteris horum similibus proposita est
poenitentia. nec enim mali fuerunt sed stulti po
tius & insipientes. Hi ergo si egerint poenitenti
am poterunt deo uiuere. Quod si non egerint pe
nitentiam. habitabunt cum mulieribus illis. que
nequitiam exercent in eis. De sexto uero monte qui
habet scissuras magnas & pusillas. & in scissuris
herbas aridas huiusmodi sunt qui crediderunt
contra se habentes. & a detractionibus suis marci
di sunt in fide. sed poenitentiam egerunt ex his
multi. & ceteri poenitebunt quando audierint mea

mandata : minime autem sunt eorum detractiones
& cito penitebuntur : scissuras minores habent hui
modi sunt : qui crediderunt & interse iurgia habent .
& propter querelas suas infide langunt : sed multi
exeis egerunt poenitentiam auditis his mandatis
meis . Querele enim eorum sunt pusillae : & cito aget
poenitentiam . Illi autem qui maiores habent sciss
suras . hi perseuerant indetractionibus suis : & iura
sua interse pertinaces sunt . hi ergo aturre reiecti sunt .
& abeius structura reprobati sunt : & difficile uiuent
deo . deus enim dominusque noster dominator omnium qui
habet potestatem uniuerse creaturae suae : non me
mor est offensa eorum qui peccata sua confitentur : sed
propitiatur : & adhuc propitius eis fiet . Homo autem
cum sit mortalis plenusque delictis pertinacie homini
irascitur . tanquam uel conseruare eum possit uel perdere .
Vobis autem quicumque tale propositum habetis : dico
ego nuntius poenitentiae : deponite illud & agite
poenitentiam . & dominus remediabit priora delicta uestra
si ab hoc proposito iracundie uos purificaueritis .

sin minus ab ipso ad mortem trademini. De septimo
autem monte in quo uirides hilaresq; erant haerbe
totusq; mons fertilis erat: & omne genus pecudū
uolucresq; caeli carpebant pabulum eius. Quantoq;
illi carpebant tanto laetiores haerbe crescebant. hui⁹
modi sunt qui crediderunt. simplices boniq; semp
nullasq; habentes inter se dissentiones: sed cōletan
tes semp dei seruis induti sunt spm̄ scūm uirginū
harum sempq; ad misericordiam hominum promp
ti: & de laboribus suis omni homini sine impꝓio
sine dubitatione tribuentes. Dn̄s igitur cum uidis
ss& simplicitatem eoꝝ & omnem infantilem in
nocentiam ipsoꝝ. Auxit eos in laboribus manuu;
suaꝝ deditq; eis in omni ope grām. Ego autem nū
tius poenitentiae hortor uos qui tales estis: pmane
te in eo ut non eradicetur semen uestrū in aeternū:
dn̄s enim uos probauit: & scripsit in numerū nr̄;
semenq; uestrum omne habitabit cum filio dei: et
eīm de spū eius omnes estis. De octauo autē monte
ubi erant fontes multi: ex quibus adaquabatur

omnis dei creatura. tales sunt qui crediderunt
apostoli & magistri: qui predicauerunt filium
dei per totum orbem: & docuerunt caste et pure ser
monem dñi: nec quicquam minimum in desiderio
malum gustauerunt: sed semp cum ueritate et
aequitate ambulantes sicut spm scm acceperunt.
talium ergo traditio cum angelis erit. De nono uero
monte deserto: ac serpentes habente pernitiosos
hominibus: tales sunt qui crediderunt qui ma
culas habent mali ministerii: male gerentes mi
nisterium: diripientes bona uiduarum: etiam pu
pillorum in se transferentes qui si in ea cupiditate
permanserint morientur nec ulla eis spes erit
uitae. Quod si se corrigentes caste consumauerit
ministerium: poterunt uiuere deo. Qui uero sca
bri reperti sunt. Hi sunt qui dñm negauerunt
nec ad deum respexerunt: sed siluatici atq; deser
ti euaserunt: non adplicantes se ad dei seruos.
sed sibi soli uiuentes uitam suam pdunt. Sicut
enim uitis derelicta in saepem nullā culturam

habens deperit ac suffocatur ab herbis: et per tempora
agrestis euadit: desinitque domino suo utilis esse. Sic
et huiusmodi homines de semetipsis disponenti
bus fiunt agrestes atque ferę effecti: inutiles domino
suo erunt. His ergo ita demum datur poeniten
tia: si non inuenti fuerint ex totis precordiis
dominum negasse. Quod si aliquis ex totis precor
diis inuentus fuerit negasse: nescio si poterit
uiuere: et hoc non ita dico ut aliquis cum ne
gauerit accipiat poenitentiam. Impossibile est
enim ut qui dominum suum inficiati fuerint
accipiant salutem. Nam illis putatur posita
esse poenitentia qui olim negauerunt. Si quis ergo
acturus est poenitentiam adcelerare debet an
quam peragatur edificatio turris: sin minus ab
mulieribus ad mulieribus illis productus ad mor
tem. Illi enim insidiosi sunt serpentes quos in
eo monte uidisti: sicut enim uenenum mortife
rum: ita uerba eorum sunt: et homines perdunt.
hi ergo inutiles sunt in fide propter hoc genus uitę

Aliqui uero eorum acta poenitentia adsequuti sunt salutem: sed & ceteri huiusmodi: si aegerint poenitentiam poterunt conseruari. sin minus cum mulieribus illis quarum uim possident morientur.

De decimo uero monte in quo arbores erant tegentes pecora: tales sunt quidam qui crediderunt: episcopi hospitales qui semper libenter in domos suas receperunt dei seruos: & sine aliqua fraude semper inopes uiduasque ministerio suo cum perseuerantia protexerunt: castamque conuersationem perpetuo habuerunt. hi tales omnes protegentur a deo & locum habent inter nuntios: si perseuerauerint usque in finem seruientes deo. Et ecce locus eorum cum angelis dei est. De undecimo uero monte in quo erant arbores: aliis atque aliis fluctibus plene.

Tales sunt qui crediderunt qui propter nomen domini passi sunt animoque prompto & ex totis precordiis animas suas tradiderunt: & ego interrogaui eum dicens. Quare domine omnes quidem arbores fructum habent: pulchriores uero quidam

arbores

arbores fructum habent: pulchriores uero quaedā arbores sunt. & dix mihi. Omnes qui propter nomen dn̄i passi sunt. gloriosi sunt apud deum: & omnium horum pecc̄a remissa sunt quia passi s̄t propter nomen filij dei. Et iterum interrogaui eum. Quare autem fructus eo⁊ uarij sunt qdā autem excellentes: & ait mihi. Quicumq; pducti ad potestatem: interrogatiq;: non negauerūt: sed prompto animo passi sunt. hi gratiores s̄t apud deum: & excellunt fructus eorum. quicumq; uero timidi dubijq; fuerunt: & deliberauerunt in precordijs suis utrum negarent an confiterentur: et passi sunt: fructus eorum minores sunt: quoniam hec cognita sunt in pcordijs ipso⁊: mala enim est eiusmodi cogitatio: ita ut seruus qui inficiatur dominum suum.

Videte ergo uos quicumq; eiusmodi cogitationes habetis ne eadem mens permaneat in uobis & deo moriamini: uos autem quicumq; passuri estis propter nomen domini: deum honorare te

betis: quod uos dignos habeat dominus: ut nomen hoc feratis. Omnia enim peccata u(est)ra remediabuntur: & non felices uos putatis si aliq(ui)d de uobis passus fuerit: sed adhuc existimatis uos opus magnum facere. Ecce uitam uob(is) d(omi)n(u)s donat: & non intellegetis: delicta enim u(est)ra uos grauauerunt. Nam nisi passi essetis propter nomen eius propter pecc(at)a u(est)ra mortui essetis domino. haec igitur dico uobis qui dubitatis de confessione: uel inficiatione confitemini uos habere dominum: ne si negaueritis tradamini in uincula. Si enim gentes seruos suos qui dominum suum negauerint puniu(n)t quid putatis dominum uobis esse fac(tu)r(um) qui uniuersorum hab& potestatem. Remouete ergo a corde uestro has disputationes: ut in p(er)petuum uiuatis deo. De duodecimo uero candido monte: tales sunt qui crediderunt sic(ut) parui infantes quibus nulla malitia ascendit in corde: nec scierunt que sit nequitia: sed

sed semper in sinceritate manserunt. Illi ergo sine
dubitatione habitant in regno dei quia in nulla
re domini mandata maculauerunt. sed cum sin
ceritate manserunt. In eodem ergo cursu qui
cumq; pseuerauertis. eritis ut infantes hono
rationes apud deum illis qui primi habentur. fe
lices ergo uos quicumq; a uobis malitiam remoue
ritis. & si indueretis innocentiam primi omni
um uiuetis deo. Et postq̄ explicauit omnes mon
tium exsolutiones. dico ei. domine expone m
nunc. & de lapidibus illis. qui de structura tur
ris sublati sunt. & reprobati. & de rotundis la
pidibus qui in structura adiecti sunt. & de illis
qui adhuc rotundi remanserunt. Audi inquit
& de his. Omnes illi lapides qui de campo subla
ti sunt. & in structuram turris positi sunt. p̄mis
qui reprobati erant. Radices sunt illius candi
di montis. quia quicumq; ex eo monte credide
runt omnes boni inuenti sunt. Ideo autem iu
sit dominus turris eos qui essent de radicibus

illius montis in structuram turris conlocari. Sic
enim quia si in ipsa edificationes positi essent: per
manerent splendidi: nec ullum ex eis nigricatur.
Nam si de ceteris montibus adiecissę in structura;
turris: necesse habuissę rursus uisitare eam & pur
gare illam. Hi autem omnes qui crediderunt: cre
dituriq: sunt: candidi inuenti sunt: ex corde enim
credunt. Felix hoc genus: quia innocuum est. Au
di inquit & de illis rotundis splendidisq: lapidi
bus: & hi omnes de candido monte sunt. Audi
uero quare rotundi sunt reperti: quia diuitiae
eos sue: pusillum obturbauerunt: non autem re
cesserunt a deo: nec ullum uerbum malum de ore
processit illorum: sed omnis aequitas & uirtus & ue
ritas. horum ergo mentem cum sciret dominus quod
boni nati essent: & possint boni esse: iussit opes
eorum circumcidi non in perpetuum tolli: ut de
reliquias de cetero possint aliquid boni facere
& uiuerent deo: eo quod de bono genere essent.
Ideo ergo pusillum circumcisi sunt & in structuram

turris positi sunt. Caeteri uero lapides rotundi qui
nondum apti erant ad structuram turris. nec dum
enim acceperant sigillum: & ideo repositi sunt in lo
cum suum quia ualde rotundi sunt. Oportet autem
circumcidi seculum illorum cum illis uanitatibus opum
suarum. & sic conuenient in dei regno: necesse est enim
eos intrare in regnum dei. genus enim hoc probauit
dominus: & hoc ergo genere non intercidet quisquam
et enim licet temptatus aliquis eorum ab iniquissimo
diabulo. aliquid deliquerit. cito recurrit ad domi
num suum. Ego nuntius poenitentiae felices uos
iudico quicumque estis innocui sicut infantes quia
pars uestra bona est. & honorata apud deum. omnibus
autem dico uobis qui hoc sigillum filij dei accepis
tis simplicitatem habete: neque offensorum sitis me
mores: neque in nequitia permaneatis. Deponite ergo
memoriam offensarum amaritudinum uestrarum.
& in uno spiritu efficiemini. Illas autem malas scis
suras remediate & tollite a uobis: ut si dominus
pecorum uenerit gaudeat si pecora sua integra inue

nerit. si enim aut aliqua pecora a pastoribus dis
sipata. aut ipsos pastores corruptos inuenerit do
minus: quid ei respondebitur? Numquid pas
tores dicturi sunt a pecoribus se esse uexatos?
quod nec creditur illis. quia incredibile est pa
torem aliquid pati posse a pecore. magis autē
punietur propter mendacium. Ego sum pastor.
oportet me de uobis altissimo reddere rationem.
Remediate uos dum adhuc turris edificatur.
dns habitat in his uiris qui pacem diligunt:
quoniam pacem amauit. A uiris autem iniquis
et seditiosis preditisq; nequitie recedite. et ha
bebitis dni spiritum sicut accepistis integrum.
Nam cum fulloni dederis uestimentum nouum.
utiq; uis eum integrum recipere. Si autem ful
lo scissum uestimentum tibi reddat: numquid
accipies illud? aut non potius irasceris et eū
conuitium persequeris? haec dicens ad eum.
Vestimentum tibi dedi integrum. quare scidisti
illud et inutile fecisti ita ut propter scissu

ram quam in eo fecisti in usu esse non possit. Non e
haec omnia dices fulloni de scissura quam inue
nisti in uestimento tuo. Unde si tu de uestimen
to tristis efficeris & rixaris quia non integrum
recipis. quid putas dnm esse facturum qui tibi
spiritum dedit integrum. & tu illud totum ita
inutile fecisti ut dno suo in usu esse non possit.
quia usus ipsius spiritus a te inutilis esse cep.
& corruptus. & ideo dns ob hoc tuum factum tra
det te morti. Omnes enim tales puniet dns qs
inuenerit in memoria debitorum esse. Non autem
debet clementia eius sperni. sed potius in delic
tis uestris magnanimitas eius honorificari.
Neq enim ipse repetens clementiam suam ut nos
est sed ad utilitatem uestram haec omnia quae
supra scripta sunt seruanda mandat ut iam
agatis poenitentiam. Ego pastor nuntius poe
nitentiae uobis dei seruis ostendi et loquutus
sum. & dico si audieritis uerba mea & credi
deritis illis ambulaueritis in illis & de cetero

correxeritis uias uestras uiuere poteritis. Si aūt permanseritis in malitia offensarum memoria nullus ex huiusmodi uiuet deo. Quia haec omnia uerba predicata sunt a uobis: et iterum dicit mihi. oīa me interrogasti? et ego respondi. Ita est domine. Quare inquit me q̄ non interrogasti de forma lapidum illorum qui in structuram ierunt quos repleuimus? Et ego dixi. Oblitus sum domine. Audi inquit et de illis. Hi sunt qui nunc audierunt mandata mea: et ex totis precordiis egerunt poenitentiam: et uidit dn̄s poenitentiam eorum bonā et puram esse: et posse in ea poenitentia eos permanere: iussit priorum eorum peccata deleri: et ita deleta sunt: et aequata ne apparerent postea. AMEN

POSTQUAM scripsi librum hunc: uenit in domum in qua eram nuntius ille qui tradiderat me pastori: et sedit supra lectum quendam: adstititq; ei ad

destram ille pastor. Deinde uocauit me & haec me
cum locutus est uerba. Tradidi inquit te domumq;
tuam huic pastori ut ab eo protegi possis: & ego
dixi ei. Ita faciat dn̄e: & ille ait mihi. Si uis ergo
protegi ab omni uexatione & ab omni seuitia: suc
cessum autem habere in omni bono & in omni uirtu
te ueritatis in mandatis huius ingredere: in illis
quae iniunxi tibi. Custodienti enim tibi mandá
ta huius. subiectum erit tibi omne desiderium &
dulcedo huius seculi: successus uero bonus in om̄i
negotio te sequetur: modestiam & uenerationē
huius honora: & omnibus dic in magno honore
& gloria esse apud deum eum: & eum magne po
testatis habere licentiam: potensq; est in actu suo: p
totum orbem solo huic tradita est potestas poenitē
tiae. Aut tibi potens non esse uidetur quia forte uos
modestiam uerecundiamq; eius quam in uos habet
contemnitis. Dico ei Dn̄e ipsum interroga si ex quo in
domo mea est aliquid feci extra ordinem ut eum
offenderem: & ille dixit mihi. Et ego scio nihil

te extra ordinem fecisse neque esse facturum.
Ideo enim loquor tecum: ut perseueres: de te autem
bene hic apud me loquutus est: tu autem ceteris
hec uerba dic: ut et illi qui aegerint poeniten
tiam eadem sentiant que et tu. & hic apud me
bene loquatur: ego domino. & dixi ei. Domine
ego omni homini indico hanc magnificentiam
domini. Spero autem quia omnis quicumque au
dierit & prius peccauerit libenter agit poeni
tentiam uitam recepturus: & dixit mihi: perma
ne in hoc ministerio & consuma illud. Quicumque
autem mandata eius seruauerit habebit uitam:
& hic apud deum maximum honorem habebit.
Quicumque uero non seruauerit mandata eius
fugiunt a uita sua & hunc contemnunt. hic autem
apud deum suum honorem suum. Quicumque
ergo contemnempt eum et non seruant man
data eius: ipsi se morti tradunt. & unusquisque
eorum reus fit sanguinis sui. Tibi autem dico
ut seruias mandatis his: & habebis remedium

priorum peccatorum. Misi autem tibi etiam uir
gines has ut habitent tecum. uidi enim eas tibi
beniuolas esse. habes ergo & has in adiutorium
ut possis custodire mandata hec. Impossibile
est enim mandata custodire sine uirginibus is
tis. Video autem eas libenter tecum esse & ego
iniungam illis ut omnino a domo tua non disce
dant. tu tantummodo para domum tuam. In
domo enim munda libenter habitant. Munde
enim sunt atq: caste: industrieq: & cunctaς
habentem gratiam apud dominū. Si ergo ha
buerit domum tuam puram. tecum permane
bunt. sin autem in aliquo spurca fuerit domꝰ
tua protinus recedunt a domo tua. Hec enim
uirgines spurcitiam non amant. et ego dixi
dnē spo me placiturum eis ita in domo mea. li
benter & semp habeant. & sicut hic cui me tra
didisti nihil de me queritur ita neq: ille uir
gines aliquid de me querebuntur. Deinde ait
ad illum pastorem. Scio hunc mandata custo

dire: & uirgines has in habitationem mundam c̄
locaturum. Haec cum dixiss&: rursus eidem pastori
me tradidit: & uirgines illas uocauit: dixitq; ad
illas. Quoniam uideo uos libenter in domo huius
habitare: commendo eum uobis: domumq; eius: ut
a domo eius non discedatis. Vere autem uirgines
ille hec uerba libenter omnino audierunt. Ait aūt
mihi ille pastor. Viriliter in ministerio hoc conuer
sare: & omni homini indica magnificentiam dn̄i
habes gratiam in hoc ministerio: quicumq; ergo
in his mandatis ambulauerit uiuit & felix erit.
Quicumq; uero non intellexerit ea non uiuit: et erit
insensatus in uita sua: dic omnibus ut qui possunt
recte facere non cessent bonam op̄am exercere:
utile est illis dico autem omnem hominem dein
commodo omne eripi nam & his qui agit uitam
cotidianam in magno tormento & necessitate: &
huiusmodi aīām qui liberat: magnum sibi gau
diū adquirit. Qui enim eiusmodi incomodo ue
xatur sic cruciatur quomodo ille qui in uinclis

e. Multi enim huiusmodi uexationem non substi
nentes mortem sibi adsciscunt

angustiam eius & non redimet eum
magnum peccatum admittit: & fit reus sangui
nis eius. facite aliquid boni quicumq: accepistis
bonum adomino. Nolite tarde facere: ne consume
tur structura turris: & uos destructura reprobemini.
Iam alia turris non edificatur: propter uos autem i
termissio fc̄a est aedificationis eiusdem turris.
Nisi ergo festinaueritis facere recte: turris consu
mabitur. Et postq̄ hec locutus est surrexit a lecto
adprhensoq: illo pastore & uirginibus abiit dicens
m̄ iter se missurum pastorem & uirgines in domū
meam. & c̄ m ii.